Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

October

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M · D · LXV



OCTOBER



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

672°

Confirmatio Nobilitationis, et locupletatio Insignium Francisci à Tertijs.

MAXIMILIANVS &c. Fideli nobis dilecto Francisco à Tertijs, gratiam nram Cæsaream et omne bonu. Cum Imperatorij muneris amplitudini maxime conueniat liberalitatem et munificentiam suam in omnes exercere, exemplo Dei opt. max., qui clementiæ suæ munera communia esse omnibus uoluit, multo magis tamen decet illam ea ipsa in optimos quosq; et quos singulari aliqua uirtute cæteris excellere animaduerterint, propensius conferre. Quanq; enim uirtus ipsa, quam certissima pmia, laus, et honor sequuntur ad suam ipsius dignitatem tuendam, alienæ laudis adminiculo minime opus habeat, est tamen aliquid ferri in hominum oculis ac frui beneficio immortalitatis, Etemm cu tanto in honore et dignitate habita et constituta uirtus conspicitur, de se omnibus admirationem parit, eosq; pulcherrimo exemplo excitatos ad pclarissima quæq; studia capessenda allicit et inuitat, Quod laudis et gloriæ omnibus à natura insitum desiderium maiores Nostri non solum, alere sed augere etiam, si fieri posset, munificentia sua diligenter annixi sunt.

Nos

Nos certè quibus Prædecessorum nostrorum Romanorum Im-
peratorum ac Regum laudatissima exempla per omnem æta-
tem se pcipua semper cura fuit, illud pia cæteris maximime
studuimus, Vt qui perspecta essent erga Nos, Sacrum Impe-
rium, et Ser.mam Austriæ Domum nostram, fide et obseruã-
tia, et probitate morum atq; integritate, cæterisq; ingenij ani-
miq; dotibus excellerent, omni benignitate et clementia No-
stra complecteremur. Quod ipsum nunc in te Francisce
à Tertys exornando, amplificandoq; faciendum esse nobis
duximus, ut qui nobis à uitæ integritate et probitate
alijsq; singularibus uirtutibus magnopere cõmendatus
fueris, summam tuam erga Nos, Sacrum Imperiũ,
et inclytam nostram Austriæ Domum fidem et studiũ
multis in rebus testatutum, comprobatumq; reddidisti,
atq; etiammum Ser.mo Principi FERDINAN-
DO Archiduci Austriæ &c. Fratri Nostro charissimo
summa cura ac animi deuotione pstas, Vt cuius in Au-
la iam quindecim annos ità uerseris, ut officiorum
tuorum sedulitate eius Dig.ni cumulatè satisfacias,
Quare ut extaret fidei virtutis atq; industriæ tuæ
aliquod testimonium, quod te non modo ad eadem
obsequia etiam allacriorem redderet, sed et liberos

posterosq;

posterosq; tuos ad eadem virtutis studia capessenda incitaret,
prætermittere non potuimus, quin te hoc benignitatis et munifi:
centiæ nræ Cæsareæ munere atq; ornamento prosequere:
mur. Itaq; motu proprio, animo deliberato, ex certa scien:
tia, deq; Imperialis potestatis consuetudine, certo consilio,
antiquam generis ac familiæ tuæ nobilitatem à maioribus
tuis in te deriuatam, de qua plenam antehac Diuo Ferdi:
nando Imperatore, patre nro amantissimo fidem fe:
cisti, qui eam proinde iampridem laudauit, approba:
uit et confirmauit, Nos quoq; clementer laudauimq;,
approbauimus, confirmauimus, et innouauimus, prout
tenore pstentium laudamus, approbamus, confirmamq;,
atq; innouamus, atq; te antedictum Franciscum de Ter:
tijs, liberosq; hæredes et posteros tuos legitimos, ue:
re Nobiles declaramus et pronunciamus, et quate:
nus opus est, de nouo facimus, constituimus, et crea:
mus, ac nobilitatis nomine, gradu titulis et fascib.
insignibus, uosq; iuxta humanæ conditionis qualita:
tem nobiles et tanq; de nobili genere procreatos di:
cimus et nominamus, Volentes ac pstenti nostro
Cæsareo diplomate decernentes, quod tu Francisce
de Tertijs, tuiq; legitimi liberi, hæredes et posteri

ex lumbis

ex lumbis tuis descendentes ac descensuri in perpetuu
utriusq; sexus ab uniuersis et singulis, cuiuscunq; peminen-
tiæ, status, gradus, ordinis, dignitatis et conditionis ex-
stant, pro nobilibus tanq; de nobili genere, domo et fa-
milia, procreati, haberi, nominari et reputari, ac ubiq;
locorum et terrarum tam in iudicio quam extra in rebus
Spiritualibus et temporalibus, Ecclesiasticis et prophanis,
quibuscunq;, etiamsi talia forent, de quibus omnibus
Specialis mentio fieri deberet, omnibus et singulis pri-
uilegijs, honoribus, dignitatibus, officijs, iuribus, liberta-
tibus, insignibus, gratijs ac indultis uti, frui et gau-
dere possitis et ualeatis, quibus cæteri nri et Sacri
Romani Imperij ueri nobiles militares à quatuor
Auis paterns et materns geniti et procreati utuntur
et fruuntur, et ad quæ admittuntur et recipiuntur,
quomodolibet consuetudine uel de Jure. Quo
uero status huius nobilitatis uestræ luculentius
elucescat, tibi ipsi fato Francisco à Tertijs tuisq; libe-
ris, hæredibus, ac posteris ex legitimo thoro natis,
ac deinceps nascituris utriusq; sexus in perpetuum
antiqua et gentilitia familiæ tuæ insignia, quæ à
Tertiorum honestissima progenie, perpetua successi-

om

one in te fuisse transiata accepimus, quæq; antea à ipsa-
to Diuo Ferdinando patre nro confirmata et locupletata
sunt, ipsi quoq; non modo clementer confirmauimus, ue-
rumetiam auximus et locupletauimus, prout per ipsentes
scienter, deliberati ac ex eadem auctoritate nostra Cæsa-
rea confirmamus, augemus et locupletamus, ea scilicet ra-
tione, Vt sit scutum in tres æquales areas secundũ
latitudinem distinctum, quarum inferior sit coloris nigri,
media rubri, et candidi per medium disecta, ita ut dex-
tra portio rubra sit, superior uero paulo cæteris amplior
esto coloris aurei, et aquilam nigram integram explica-
tis alis contineat, Scuto imponatur galea equestris,
ferreis cancellis aperta, cuius cono corona aurea
ornato altera aquila dimidia incumbat, ea specie
depicta, qua est, qua clypeo cernitur: phaleris
seu lacinijs ab utroq; galeæ latere molliter effusis,
à dextra nigri et aurei, à sinistra uero candidi
et rubri colorum, Quemadmodum hæc oia in me-
dio huius Cæsarei nri diplomatis artificiosius
elaborata, et ob oculos posita cernuntur. Itaq;
expresse uolumus ac decernimus, quod tu Francisce

huiusmodi liberi

tuique liberi, hæredes ac descendentes legitimi utriusque sexus in omnem posteritatem iam descripta nobilitatis armorum insigma sic à nobis aliquantulum aucta et exornata, ex hoc tempore deinceps in perpetuum insignuere nobilitatis uti, habere, deferre et gestare, ubique locorum et terrarum, eisque in omnibus et singulis honestis ac decentibus actibus, exercitijs et expeditionibus tam serio quam ioco in torneamentis, hastiludijs, bellis duellis, singulari certamine, et quibuscunque pugnis comminus, eminus, scutis et hastijs, Vexillis Tentorijs, Sepulturis, Sigillis, Signetis, monumentis, annulis, aedificijs, clenodijs, ac alijs in locis omnibus iuxta mam exigentem uoluntatem et desiderium uti, frui, et gaudere, absque omni impedimento positis et ualeatis.

APTIQ. sitis et idonei ad incundum et recipiendum des progatiuas gratias libertates, exemptiones, feuda, priuilegia, uacationes à muneribus et oneribus quibuscunque realibus, personalibus, siue mixtis, ad utendum quoque iuribus et consuetudinibus, quibus exteri à nobis et Sacro Romano Imperio huiuscemodi ornamentis insigniti utuntur ac fruuntur, et ad quae ad:

mittuntur

mittuntur consuetudine uel de Jure, omni impedimento et contradictione cessantibus. Quapropter omnibus et singulis Electoribus atq; Principibus, tam Ecclesiasticis quam Secularibus, Archiepis, Epis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, clientibus, Capitaneis, Vicedomins, Aduocatis, Praefectis, Procuratoribus, Officialibus, Quaestoribus, Ciuiũ magistris, Judicibus, Consulibus, Regum heroaldis et Caduceatoribus, ac denique omnibus nris et Imperij Sacri, ac quorumcunq; Regnorũ et Dominiorum nostrorum haereditariorum ubicunq; existentium subditis et fidelibus dilectis, cuiuscunq; status, gradus ordinis conditionis, authoritatis eminentiae fuerint, seu quacunq; ꝓfulgeant dignitate, firmiter mandamus et ꝓcipimus ut te ꝓdilectum Franciscum à Tertijs tuosq; liberos, haeredes ac posteros ẽos legitimos, ꝓscriptis nobilitatis et armorum insignibus sic aliquantulum à Nobis ut ꝓfertur, auctis et locupletatis, ac simul etiam eorũ praerogatiuis, honoribus et comoditatibus pacifice et quiete uti frui et gaudere permittant, et ab

alijs permitti

alijs permitti curent. In quantum indignationem nram grauem, ac poenam Quinquaginta Marcharum auri puri euitare uoluerint, quarum medietatem Imperiali Fisco seu Erario nro, Reliquam uero partem iniuriam passuri seu passi usibus irremissibiliter soluendam et amplificandam decernimus. Hanum testimonio litr., manu nra subscriptarum, et sigillum Cesarei appensione munitarum. Datum Vienne prima die Octobris Anno 2d M. D. LXV.

673°

Literæ Comitatus Palatinatus pro Horatio Malagutio.

MAXIMILIANVS etc. Egregio nro et Sacri Rom. Imperij fideli dilecto Horatio de Malaguetijs Filio Alphonsi Ferrariæ Ducis 2d. aulico gratiam nram Cesaream et omne bonum. Augustissimorum in Imperio Romano antecessorum nostrorum exemplo laudatissimo ea nobis cura inter cæteras cordi semper insedit, ut uiris uirtute præstantibus, suus esset ubique constitutus honos, quo excitati non ipsi solum in honestissimarum rerum meditatione et actione alacrius uersarentur, sed et natura

Segnes

segnes et desidies non sum semper reperiunt, quin primorum illorum amplissimorum, quæ uirtutis studiosis proposita conspicerent, fructu illecti digniora se adoriretur. Tuas igitur excellentes ingenij animiq; dotes, Horati Malaguci, eruditionem sc̃ multifariam, prudentiam, morumq; integritatem, ac preterea constantem illam erga Sac: Romanũ Imperium et Inclytam Domũ nrãm. Austriacam fidem et obseruantiam, quam tu et maiores tui indesinenter quacunq; occasione præstitistis, acceptæ demq; à maioribus tuis nobilitatis, proprijs quoq; uirtutibus excolendæ desiderium ingenuum, dignum sane te iudicauimus, in quem aliquod munificentiæ nostræ munus conferremus, quod pecuniis istiusmodi meritis tuis respondeat. Itaq; motu proprio, ex certa mra scientia et animo bene deliberato, sano quoq; accedente consilio, et de Cæsareæ potestatis nrãe plenitudine te præfatum Horatium de Malaguciis, Sacri Lateranensis Palatij Aulæq; nrãe Cæsareæ Consistorij Comitem fecimus, creauimus, ereximus, et Comitatus Palatini titulo clementer insignuimus, quemadmodum tenore præsentium facimus, creamus, erigimus, attolimus et insignimus, ac aliorum

Comitum

Comitum Palatinorum numero et coetui gratiose aggregamus
et ascribimus, decernentes et hoc Imperiali statuentes edicto,
quo tu Horati Malaguci ex hoc tempore deinceps quoad
uixeris omnibus et singulis priuilegijs, gratij, iuribus, im-
munitatibus, honoribus, exemptionibus, consuetudinibus
et libertatibus, uti, fruiet gaudere possis ac debeas,
quibus ceteri Lateranen. Palatij Comites hactenus fruiti
et gauisi sunt, seu quomodolibet potiuntur, fruuntur,
et gaudent, consuetudine uel de Jure dantes et conce-
dentes tibi amplam facultatem et authoritatem, quod
possis et ualeas per totum Romanum Imperium et ubi-
libet terrarum facere et creare notarios publicos seu ta-
belliones, ac iudices ordinarios, et uniuersis personis,
quae fidedignae habiles et idoneae sint, super quo conscien-
tiam tuam oneramus notariatus seu tabellionatus, et iudi-
cis ordinarij officium concedere et dare, et eos ac eorũ qui-
libet authoritate Imperiali, de prædictis per pennam et ca-
lamarium inuestire, prout moris est, dum tamen ad pra-
dicam et exequutionem habiles et idoneos inueneris,
et dumodo ab ipsis notarijs publicis seu tabellionibus
et iudicibus ordinarijs per te fien. et creandis, ut

Pmittitur

premittitur, et eorũ quolibet uice et nomine Sacri Impe:
rij, et pro ipso Romano Imperio debitum fidelitatis reci:
pias corporale et proprium Iuramentum, in hunc uideli:
cet modum, quòd erunt nobis et Sac.ᵒ Romano Impᵒ et
omnibus successoribus nris Romanorũ Imperatoribus et
Regibus, legitimè intrantibus fideleles, nec unq̃ erunt in
Consilio, ubi nrm periculum tractetur, sed bonum et salu:
tem nostram defendent, et fideliter promouebunt, damna
nra pro sua possibilitate uetabunt et auertent, pterea
instrumenta tam publica, quàm priuata, Vltimas uo:
luntates, codicillos, testamenta, q̃cunq̃ iudiciorũ acta,
ac omnia et singula, quæ illis et cuilibet illorum ex debi:
to huius officij facienda occurrerint uel scribenda, iu:
ste, purè, fideliter, omni simulatione, machinatione,
falsitate, et dolo remotis, scribent, legent, et facient, non
attendendo odium, pecuniam, munera, uel alias pas:
siones aut fauores, scripturas uero quas debebunt in
publicam formam redigere, in membranis mundis, non
in chartis abrasis fideliter describent, legent, et facẽt
atq̃ dictabunt, causasq̃ hospitalium et miserabilium
personarum, nec non pontes et strutas pubᵗᵃˢ proui:

bus promo:

bus promouebunt, sententias et dicta testium donec publi:
cata fuerint et approbata sub secreto fideliter retinebunt,
ac ꝯia alia et singula recte et iuste facient, quæ ad offi:
cium probi et legalis Notarij, Tabellionis siue Judicis ordi:
narij quomodolibet pertinebunt consuetudine uel de Jure,
Quodq; huiusmodi notarij publici seu Tabelliones, et iudi:
ces ordinarij per te creandi possint per totum Romanũ
Imperium et ubilibet terrarum facere, scribere et publica:
re contractus, Instrumenta, Judicia, testamenta, et ulti:
mas voluntates, decreta, et authoritatem interponere, in
quibuscunq; contractibus requirentibus, illos uel illa, ac
ꝯia alia facere, publicare et exercere, q̃ ad dictum
officium publici Notarij seu Tabellionis et iudicis or:
dinarij pertinere et spectare noscuntur, decernen:
tes, ut omnibus instrumentis et scripturis per huiusmo:
di Tabelliones Notarios pub.cos seu Judices ab
te creatos, plena fides ubilibet adhibeatur, constitutio:
nibus ordinationibus, et alijs in contrariũ facientibq;
non obstantibus quibuscunq;. Insuper eadem au:
thoritate nra Cæsarea tibi p̃fato Floratio de Male:
gucijs concedimus et elargimur, quo possis et ualeas

naturales

naturales bastardos, spurios, maseres, nothos, incestuo:
sos, copulatiuè vel disiunctiuè, seu alio quouis modo,
ex illicito et damnato coitu procreatos et procreandos,
masculos et feminas, quocunq; noie censeantur, uiuenti:
bus uel mortuis eorum parentibus legitimare (Illu:
strium tamen principum Comitum et Baronũ filijs ex:
ceptis.) et eos et eorum quemlibet ad oia et singula
Jura legitima, restituere et reducere, omnq; genitura
maculam penitus abolere ipsos restituendo, et habili:
tando ad oia et singula iura, successionum, et hære:
ditatem bonorum Paternorũ et maternorũ, etiam ab
intestato, cognatorum et agnatorum, ac ad honores,
dignitates, et singulos legitimos actus tanq; legi:
timè natos, obiectione prolis illegitimæ prorsus quies:
cente, et quod ipsorum legitimatio ut supra fa:
cta mox ita habeatur et teneatur, ac si facta
esset cum omnibus iuris solemnitatibus, quarum de:
fectus specialiter authoritate nra suppleri uolu:
mus et intendimus, dummodo tamen legitimatio:
nes huiusmodi per te fiendæ non prædicent filijs

et hæredib;

et hæredibus legitimis, et naturalibus; sintq; ipsi per
te legitimati de familia, agnatione et domo parentũ
suorum, et arma et insignia eorum deferre possint
et valeant, admittanturq; ad oẽs actus legitimos,
officia, Jura, honores ac dignitates tam Ecclesiasti-
cas quam sæculares, uti ueri legitimi, non obstanti-
bus in præmissis aliquibus legibus, quibus cauetur, quod
naturales bastardi, spurij, manseres, notti, micsho-
si, copulatiue uel disiunctiue, uel alij quicunq; ex illi-
cito concubitu procreati non possint uel debeant legi-
timari, sine consensu et uoluntate filiorum naturaliũ
et hæredum legitimorum, decretis, statutis, uiribus,
consuetudinibus, uel alijs quibusq; in contrarium facien-
tibus. Quibus omnibus et singulis eiusdem motu,
scientia, authoritate et potestate p̃dictis in quantũ
huic nro indulto contrauenirent, uel quouis modo con-
trauenire uel obstare possent, pro hac uice derogamus,
et derogatum esse uolumus per p̃sentes. Alu-
iusmodi aut munificentiæ nræ consignũ quoddam
ad posteros etiam tuos transmittendum; Concedi-

mus insup

mus insuper ex eadem Cæsarea nra authoritate expsse et consulto tibi, et ex te legitime descendenti et descen: dure, stirpi omni, ut deinceps gentilitijs armis vris solitis, aquilam medeam superimpositam, ac quasi sub alis suis illa fouentem ferre et uti libere possitis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nram con: cessionis, creationis, largitionis, inclulti, immunitatis, priuilegij, derogationis, uoluntatis, decreti, exemptio: nis et gratiæ paginam infringere, aut ei quouis ausu temerario contraire in uiditio uel extra, aut contra prædicta aut pdictorum aliqua quouis ingenio uel colore facere uel uenire. Si quis aut at: tentare psumpserit. nram et Imperij Sacri indigna: tionem gravissimam et quinquaginta Marcharu auri puri poenam pro medietate fisco nro Imperia: li, alteram uero partem iniuriam passi usibus appli: candam irremissibiliter, se nouerit incurrisse. Ha: rum testimonio literarum manu nra subscriptarum, et sigilli nri appensione munitarum. Data. Vienna prima Octob. Anno Dñi. M. D. XXV.

Litera

674°

Literæ passus pro Georgio Loper.

MAXIMILIANVS &c. Omnibus et singulis Quoniam egregium syncerè nobis dilectum Georgium Loper Albanensem Capitaneum commendatum benignè habemus, eguidem ei Mediolanum hinc abituro, ut tutius et expeditius unà cum comitatu suo iter cet, literis hisce nris patentibus libenter adfuimus. Quibus à Vobis quidem benignè petimus, cæteris uerò mandamus serio, ut eum unà cum septem hominu et totidem eguorū comitatu profiscentem &c. Datæ Viennæ 3ª Octobris. Anno. LXV.

Maximilianus &c.

675°

Oratori Romæ

Fidedigne nobis annunciatur f. n. d. seruitorem nrum quo equis domandis utimur, Joannem Troci, à Magnobis et Sacri Rom. Imp. fi d. Hannibale Comite ab alta Emps sd superioribus mensibus Romæ inter-

ceptum

ceptum diuq; detentum, carceri demum fuisse demandatum,
non obstante, quod idem Troci seruitio sen̄o addictum, ac
proinde huc sibi omnino redeundum ee asseereret, et quantum-
uis postea suomet ingenio quesita ratione istinc tandem
liber effectus ad aulam nr̄am peruenisset, eius tamen rebus
et mobilibus istic relictis à p̄fato Comite arrestū fuisse
impositum, neq; prius relaxatum, dum pater Troci quingen-
torum Coronatorū sponsionem faceret, Quae oia cum eide
Troci tum potissimum quando nobis ministerio deuinctus
operam suam impenderet, inferantur; sane aliena nobis
ualde ab eodem Comite accidunt. Tibi itaq; cura cumpri-
mis erit, ut ea de re p̄fatum Comitem nr̄o nomine, qua
nosti modestia compelles, uerumq; omnino cum ex ipo
perconteris, tum de cætero apud p̄dicti Troci parentem ali-
osq; quos necesse erit, penitus explores. Quod si rem
ita esse, uti ad nos defertur, resciueris, eidem Comiti no
obscure significabis, id nobis in ipso minime probari, neq;
nos quicq; eiusmodi ab eo, quem uel nr̄a authoritas ab
hoc amouere debuisset, expectasse, quin etiamnū om-
nino confidere, neq; aliud iam ab illo expectare, quam
ut sæpedicti Troci patrem ab omni sponsione aliq;
indigno grauamine liberum demuniret, ac p̄dicto Troci

res suas

res suas ões et mobilia, nullo interiecto impedimento alio, libere utenda cedat. Ea in re facturum ipsum nobis pergratum, qui id benigna voluntate, qua alioquin in ipsum eiusq; conuindos ões singulari et eximia ferimur, semper simus recolituri et comemoraturi. Redde exinde eidem Comiti lras nras Germanico idiomate scriptas, declarans ipsi insuper, siquidem res ita se habeat, nos eam dissimulare nequaq; posse. Ages in hoc omnino ex sententia nra, et priori in te clementiae nrae multum accumulabis. Datae Viennae 3a Octob. Anno M. D. LXV.

Maximilianus &c.

6760 Duci Mantuae,

Egregium sincere nobis dilectum Joannem Franciscum Anguissolam, quem T. Dis. singulari iamantea benevolentia prosequatur, eiusq; ad res et fortunas iuuandas propenso sit animo, uel ex eo nobis certo persuademus, quod illum toto hoc tempore quo apud D. Imp. Ferdinandum &c. parentem nrm amantiss. me: augustiss. primum, dein apud nos quoq; T. Dis. Oratorem hic agit, liberalis et

personesta

perhonesta conuersationis ée, ac de cætero ita se planè ge:
rere, ut eorum, quæ quidem authoritatem et comodum T. Dis.
attinent, nihil planè negligat, agnoscamus. Verum ut Tua
tamen Dis.tio intelligeret, illi à nobis quoq; cùm ob eam
ipsam causam, tùm ob suæ erga Nos et omnem insuper In:
clytam domum nrám Austriacam obseruantiæ et deuo:
tionis summæ officia eximia benignissime faueri, ac pro:
inde nos in omnibus, ijs, quæ quidem ex comodo eius ée
gant, benignitate nostra libenter adesse, non potuimus
non eum T. Dis.ni comendatiorem nra intercessione red:
dere hoc pserim tempore, quo eiusdem T. Dis.nis clemen:
tia illi maxime usui esse possit. Cupimus autem hoc solú
nunc ipsi à T. Dis.ni impetratú, ut uidelicet eadem T. D.o
eiusdem Francisci Patri Alexandro Anguissolæ omnem
eam uectigalis portionem, quam is ex terris et bonis qui:
busdam immobilibus, quæ in agro Mantuano uiginti milliú
Coronatorú summa emptures est, T. Dis.ni fisco, iure con:
suetudinario cedentem, exoluere debebit liberè donet, ac
pdicto Francisco filio suo illam numerandam man:
det, qui uel hoc saltem suæ fidelis obsequij, et in
hoc factæ impensæ pgrauis pmium et compensatione

nunc

nunc quidem referat. Et sane hac ratione T. Dilg.ne eundem Franciscum ad prosequenda alacrius et commodius, q̃ Tuæ Dilg.ni tanta cum animi syncritate denouit, officia peropportune iuuerit et excitauerit, et nobis quoq; suum gratificandi desiderium solitum, egregie fuerit contestata, cui nos mutuæ et candidæ beneuolentiæ et affinitatis testificatione euidenti munq̃ non cumulatè respondebimus. Valeat eadem Tua Dilg.ne feliciter. Date Viennæ XII Octobris Anno M. D. LXV.

Maximilianus &c.

Duci Parmæ.

677°

Camem Cassinaram, quod non adeousq; iniquo iracundiæ calore ductus quendam, cuius instinctu et insidijs illig pater uulnera aliquot acceperat in agro Placentino ante aliquot annos occidisset, Tuæ Dilg.nt ditione proscriptum fuisse, intelligimus. Quia uerò is de cætero nobis à quibusdam singulariter nobis cbaris, quibus prom: de fidem plurimam habemus, magnopere commendatur:

equidem

equidem beneuolenter petimus ut eidem Cassinarae T. Dil.ni
uel nostra hac intercessione mota, saluum conductum libere
in eiusdem Tuae Dil.nis prouincias redeundi benigne conce-
dat. Sumus hoc inter caetera Tuae Dil.ni erga nos studij
et amoris summi officia benigne posituri, et mutua erga
ipsam beneuolentia veteri, libenter compensaturi. Valeat
eadem T. Dil.ni prosperrime Datae Viennae xiiii Octob.
Anno p M. D. LXV.

Maximilianus &c.

678. Oratori Venetijs.

Alphonsus Balbus Bononiensis fratrem quendam suum
indefatigabili duodecim annorum studio ad cognitionem
tandem Motus perpetui coelestis peruenisse, ac eam pro:
inde nobis imprimis se cupere ob oculos demonstrare sig:
nificauit. Quae res cum ingenij summi sit, hominemq;
uere ingenuum nobis comprobet, uolumus nro nomine
illi eidem Balbo de ijs omnibus accomodare, illi ad pro:
fectionem in aulam nram subeundam necessario desi:

derabit

derabit, ut ad nos opportunius et comodius, si uelit, ueniat. Egeris in hoc ex benigno mandato nro, et tuu erga Nos obsequium solitum nobis comprobabis. Vienne XV Octob. Anno ꝯ M.D.XXV.

Decretum per Imp. XXV Octob. 1565.
Vt hisce supplicantem soluat

679°

Sac: Cæs: Mtas Dominus nr Clementiss. mandat Generoso Comiti Alphonso Castaldo eiusdem suæ Mtis Pricernæ, ut supplicanti huic de summa, q̃ hac supplicatione expssa ẽ satisfaciat, Quod siquid tamen causæ habet cur solutionem renuat, id intra triduum eiusdem Suc. Cæs. Mtis Curiæ supremo Marescalco Dno Adamo Vngnad. Barori in Sunneckh, id simul cum hac supplicatione, scriptis proponat.

Aliud Decretum Vt idem apud familiarẽ suum Porphyrium de Corradis efficiat.

680°

Sac: Cæs. Mtas Dnus noster Clementissimus mandat Illu. Comiti Alphonso Castaldo, ut apud Porphyrium de Corradis familiarem suum efficiat, ut suppli:

carti

canti huic summa hisce expsa quamprimum exol:
uatur ꝛc.

Maximilianus ꝛc.

681 Oratori Romæ ut Camillo de Rusticis
ad consequendam patrui sui Epatum di:
spensationem super defectu ætatis impetret
à pont.re Max.o

Camillo de Rusticis tam ob priuata sua, quam ab eorũ, à quibus
ille nobis commendatur merita pclara, benignissimè fauemus,
ac proinde, qua in re nunc quidem nram illi benignitatem pro:
fore planè confidimus libentissime suppeditamus. Is filium
habet Pbyterum Doctorem, et S. D. Pont. max.o Referenda:
rium, cui Patruus Epus de Rusticis, Episcopatum suum
Miletanum resignare statuit, sed quod ille, filius sc̃z dicti
Camilli legitimam, et Concilij nouissimi Canonibus expsam
Episcopi futuri ætatem, hoc est annum Trigesimum nondum
attigerit. Dispensatione eo casu à S. Ste impetranda, opus
habet. Vt igitur hanc ille omnino consequatur, uolumus ab
te nro nomine Suam Sm hac potissimum de causa
cumprimis conuenire, et pro ea dispensatione benigne conce:
denda, reuerenter, ac summa sedulitate compellari et peti,
ut huius nræ Intercessionis, singularis, imò maxima

ratio

ratio habeatur, quod ea intercessione benignis. uoluntatem
nram, quam ipsum Camillum eiusq; filium ferimur, inprimis
declaratam cupiamus. Quod si difficiliorem forte in hoc
se sua S.tas (quod tamen minime expectamus) ꝓbuerit,
uel rem longius differendi, signum aliquod apparuerit, Tu
nihilominus sollicite ac indesinenter instare et satage-
re non desines, comemorans interim diligenter ꝓ dicti
Camilli industriam, eruditionem, pietatem, ceteras q;
dotes Episcopo dignas, quae aetatem eius uix triennio
deficientem, facile suppleant. Nihil insuper omittes
eorum, quibus S. S.tem Nos id imprimis et ardenter ru-
bere ac flagitare, et proinde esse hoc inter cetera
S. S.tis paterni erga Nos amoris testimonia, uti singulare,
nobisq; magnopere gratum, omni obseruantia recolituros
comprobes. Egeris autem in hoc ex benigno iussu nro, et
tuum obsequendi nobis uetus studium, abunde contesta-
beris. Datae Viennae XXV.ta Octobris Anno 1565.

Post scripta.

Magnifice fidelis nobis dilecte, scripsimus literas hasce
co nisdituto, ut si necesse sit, ad comprobandum euiden-

tius

tius, quam ardenter Nos ꝓfatum Camillum, quod petit omni: no consequi cupiamus S. D. Pont. max. inspiciendas etiam exhibere possis. Datę Vt in literis.

Maximilianus &c.

Ad Epum Olomicen. de Conciona: tore Oppauien. tolerando Responsoria.

682

LXXXIX. Accepimus benigne, quæ de Concionatore illo Oppauien., literis XIIII.ma die huius mensis ad Nos scriptis, pro functionis tuæ officio plene significaueras. Et sane quanq; ad Religionis ueræ cultum et institutionem solidam et rectam pertinent, promouere et manutenere, ut nostri muneris esse cognoscimus, ita propensissimi semper sumus. Tuas igitur in eo ipso cogitationes bono haud dubie Zelo positas et curas, clementer comprobamus, teq; ut de cæ: tero, hoc etiam noie benignissime complectimur. Verũ cur in eo, quod nunc quidem de eyciendo ꝓdicto Con: cionatore, uel à Concionibus in certum tempus auocando petis, annuere modo nequeamus, graues et uariæ sub: sunt causæ.

Cæterum eundem Conciona torem Augustanam quidem

confessionis

Confessionem profiteri, à Sectis tamen alijs immunem esse non ignoramus. Est præterea à nobis ipsi singulariter impositum, ut sese inter concionandum, quam modestissimum et placidissimũ gerat, ab omni genere calumniandi penitus abstineat, nihilq; eorũ attentet, quibus commotioni aut turbæ cuicunq; causa ulla præbeatur. Quod si secus illum agere certò comperiemur, in illum pro merito suo animaduertere, neuhiq; sumus intermissuri. Nunc uero cum illi munus concionandi in nrum usq; in Regnum Bohemiæ aduentũ permiserimus, Equidem non leuibus ex causis sententiam nram in id usq; tempus mutare non possumus, de te benigne confidentes, qui interea eiusmodi instituto nro non agere sis acquieturus. De cætero de nra tibi clementia optime semper polliceberis. Datæ Viennæ xxv. Octob. Anno p M.D.xxv.

Patentes pro suppellectile Cardinalis Delphini Romã tutius uehẽda.

MAXIMILIANVS &c. Omnibq et singulis p Mittimus per eos qui has ferent, Romam ad Mag.cum

f.n.d.

fidelem nobis dilectum Prosperum Comitem ab Arcbo, Consiliarium et apud Sum: Pont: Oratorem sarcinas seu ballas duodecim, in quas suppellectilem uestiariam aliaq; eiusmodi conieci: mus, A Vobis igitur beneuole et Clementer petimus, subdi: tis uero nostris mandamus, ut easdem sarcinas tam curribus quam naui uectas libere passim per uras ditiones et quarū administrationi pfecti estis prouincias oes prouehi neq; ullibi remoremini uel distinendas patiamini, Qua in re uos quidem gratum nobis singulariter, cæteri uero subditi mi ex clementi ma Voluntate fecerint. Datę xxvi Octob. Anno ꝓ 65.

Maximilianus ꝛc.

684° Duci Mantuæ

Meminimus etiamnū probe, quid ad Dis. Tuam pro nobi: li fideli nobis dilecto Comite Fulvio de Rangone etc. in: tercedentes iampridem scripserimus, Qua in re etsi animus is nobis non fuit, ut T. Dis. nostri amore metam quic: quam agere uellemus, quod in priuatim aliquid alterius uergeret: testatam tamen singulariter esse cupiebamus nram in illum eundem Fulvium suma benignitatem. Quicquid igitur ad eam nram intercessionem T. Dis. ex ijs, quæ quidem in potestate sua erant, pdicto Comiti

concessit

concessit, et gratiae contulit, id ceu propensissimae T. Dis.ni
erga Nos uoluntatis pristinae testimonium uicè nobis
gratum beneuolenter agnoscimus: Eàq; nobis est pla:
nè opimo de T. Dis.ni in aequitate quibuscunq; libera:
liter administranda studio summo, ut, qui eadem
T. Dis.ni eidem Fuluio, quaquidem re iuuari dignus
est sese porrò et non minus aequam et beneuolam sit de:
claratura, nihil planè dubitemus. Parata aut sunt
vicissim à Nobis Tuae Dis.ni ois beneuolentiae et con:
sanguinei amantissimi officia, Quam T. Dis.ni uale:
re perpetuo exoptamus. Dat. Viennae XXVI Octob.
Anno 2d. M.D.LXV.

Maximilianus &c.

605. Duci Ferrariae,

Cuius hisce insertus est supplex libellus, Petrum Antonium
de Milano, quem ob errorem quandam in libris rationum com:
missum graues carceris poenas iam à quinquennio istbic
luere intelligimus, ut T. Dis.ni intercessione nra reconci:
liatum benigne cupiamus permoueat nos, tàm eorum,
qui pro illo apud nos supplicant, preces humiles, quod
ipsius captiui calamitatem, in quam carceris longitudiè

coniectus

coniectus erroris sui culpam non leuiter exoluisse nobis uidetur, benigne misereamur. A Tua itaq; Dil.ne benuole petimus, ut et ipsa benignitate mera in miserum illum hominem ducta, uelit eum, uel propter nram hanc intercessionem à carcere tandem liberum deternere, delictiq; eius poenam, si quam forte longiorem comeruisset, Clementer condonare. Aget in hoc T. Dil.ne ex solita sua nobis gratificandi, singulari propensione, cui nos affinis beneuolentissimis officijs abunde respondebimus, Quam T. Dil.nem ualere perpetuo exoptamus. Datæ Viennæ XXIX Octob. Anno ꝓ M.D.LXV.

626.

Literæ passij pro Joanne Vincentio Meli.

MAXIMILIANVS &c. Omnibus et singulis ꝓ Cum Joannes Vincentius Meli, equos tres nris Ditionibus educatus sit, ac prom. ut id nra sibi pace liceat, supplex orauerit, nos ei Facultatem eos educendi liberam concessimus. Dil.nes igitus et Deuotiones Vras ac Vos, quorum Ditione attigerit, beneuole et benigne hortamur et requirimus: nostris uero, et Sacri Imp. subditis et fidelibus expresse et serio mandamus, ut eum cum ꝓdicto equorum comitatu, ubiq; gentium et locorum, libere, securè ac

sine ot

Sine omni molestia aut impedimento, transire, proficisci, commorari, recedere et abire Sinatis, p Data Viennæ Vlt. Octob. Anno p M.D.LXV.